IOHANNES COCCEJUS.

Vir celeberrime, Domine & Fautor observande,

Plus tibi debeo, quod me literis tuis manu tua scriptis dignatus es, quam si per Amanuensem nitidius, ut ais, scriptæ essent. Nec meas ego nitore quam affectu æstimari epistolas malim. Candidæ mihi quàm politæ magis placent. Si ita est, ut scribis, illustrem Virum Æ. G. esse Authorem Commentarii Cæcorum de Antichristo, idque ita sentit, ut is commentariis præ se ferre videtur; doleo sanè ipsius vicem. & hoc mihi restat dicere quod solent Rabini non absurdè, שרא ליה מריה Ego verò de authoritate ita scripseram, non quod omninò ambigerem, quis esset, aut quasi ignorarem, magnos etiam viros labi posse, & eorum plerumque magnos lapsus esse; sed quod ad illum ipsum virum illustrem hoc scripsisse, vel saltem illa mente, quæ omnis Ecclesiæ Reformatæ sententiam uno ictu tollit, scripsisse nollem, idque illo viro indignum, atque eum scopum, quem indigitabat Epistola mea longè minùs absurdum judicabam. Mihi verò dolet, (ita æstimo eruditionem tanti viri) accidisse ut, qua in re laudatorem ipsum me habiturum confidebam, siquid conatus essem, in ea haberem

Mi charissime d. Dalini,

S. V. B. E. ego cum quartana adhuc luctor. Interim præter primū librū psalmorum absolutum, Jobum meum novum usq; ad c. 20. à 4. perduxi. Hoc morbi beneficiū est. Rerulas tuas missu J. Gouwertij accipies. Fides vasi quomodo includere, non habui. neq; arculæ copia fuit. Gouwertij recepit, se Naviculario diligenter commendaturū. Cui describerent reliqua Apocalypsios duos adhibui. Prior incorrectij. Alter melig. & ex voto. Sed is excusat sua tempora. At ubi copia fuerit, dabo operā, ut continuentur. Attigerat cap. 13. Epistolā ad Romanos mihi perire nolim. Scio, quā laboriosū sit, bis meditari. Gronovij Leida misit ad me Miscellanea sua. Industriam et ingeniū video et laudo. Tu identidē, quid et quomodo agas ad me scribes. Saluta d. Croeiū & d. Bergiū: itemq; fratrē meū, eiq; indica de valetudine mea, simulq; indica, me tempore exclusū scribere ñ potuisse. imprimis etiā hospites tuos. Vale. scrib. 18. Martij 1639.

Reliqueras apud me	5 R. 0 — 0
Debebam tibi	0 — 12 — 8.
Expendi	
D. Verhellio	3 — 12 — 12
Mariæ lotrici	0 — 12 — 0
Vietori	0 — 4 — 0
Sarcinatrici	2 — 0 — 0
Pro reculis Harlingā deportandis in unipsum	0 — 14 — 0
	7 — 2 — 12

[illegible]
legi, quam occasionem datam de iisdem rebus, de quibus ille dixit, & pro conscientia & pro officio dicendi, non omisi) benignè interpreteris, lapsus meos ac defectus humanitus feras & indices. quod porrò me ad similia veteribus elaboranda extimulas, pro lege accipio: & in eo sum, prout cura mihi demandata efflagitat, quantumque labores quotidiani permittunt, totus. fateri tamen audeo tibi, vir eximie, non mediocriter studium aliquando nostrum hebetari temporum, an hominum iniquitate. quid enim multum laborasse, torsisse se noctes & dies, collegisse, scripsisse, descripsisse, si perfecta cum blattis tineisque certare debent? Nihil ego magis cum officio meo

aen Georgius Crassus geschreven.

Ioh. Coccejo Anno 1639. 18 maij.

[illegible]

Praestantiss.° et eruditissimo D. Johanni van Dalen S. Th. Cand. amico meo charissimo

Bremen bei Wagner Kaufhof Zuckerhagen.

Mit ein tonnichen Wiltzenbergh.

Te bestellen tot Harlingen an Sr Jan Gouwert.